



**Regula Sancti Patris Benedicti**

**Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>**

**Moguntiae, 1604**

XLIX. De Quadragesimæ obseruatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](#)

a Superiore, qui ibi fuerit, quale exercitium sit faciendum. Et in principio cuiuslibet exercitiū, unusquisque genibus flexis dicat, Ave Maria, ut deuotius opus perficiatur.

Quando autem ire debent ad Cellas, ut vident Orationi, vel Lectioni, Campana Capituli pulsetur extēse per spatiū vnū Pater nost. & Ave Maria.

Item hortamur, quod quando fit exercitium in loco quieto, pro edificatione legatur aliquid. Si autem exercitium fuerit in motu sicut cum silētio: aut loquantur submissa voce, ubi occurrerit loquendi necessitas.

IO. (NEC FRATER IVNGATVR AD FRATREM HORIS INCOMPETENTIBVS.) Declaramus horas incompetentes esse totum tempus, quod superest ultra Canonicas horas & refectionem & exercitiū tempus, & aliud tempus, in quo qualitas negotiū exegerit plures Fratres in vnu conuenire.

---

De Quadragesimā obseruatione.

CAP. XLIX.

L Icet omni tempore vita Monachi Quadragesimæ debeat obseruationem habere: tamē quia paucorū est ista vīrus, ideo suademus istis diebus Quadragesimæ omni puritate vitā suā custodire omnes pariter negligētias aliorū temporū his diebus Sāctis diluere. Quod tunc digne fit, si ab omnibus virtutis nos temperemus. Orationi cum fletibus, Lectioni, & compunctioni cordis, atque

absti-

abstinentiæ operam demus. Ergo his diebus  
augeamus nobis aliquid ad solitum pensum  
seruitutis nostræ: Orationes peculiares, ci-  
borum & potus abstinentiam: ut unusquisque  
super mensuram sibi indictam, aliquid  
propria voluntate cum gaudio sancti spiritus  
offerat Deo: id est subtrahat corpori suo de  
cibo, de potu, de somno, de loquacitate, de  
scurrilitate, & cum spiritualis desiderii gau-  
dio sanctum Pascha expectet. Hoc ipsum te-  
men quod unusquisque offert, Abbatii sun-  
suggerat, & cum eius fiat oratione & volun-  
tate: quia quod sine permissione Patris spi-  
ritualis fit, presumptioni deputabitur & va-  
næ gloriæ non mercedi. Ergo cum volunta-  
te Abbatis omnia agenda sunt.

1. (I S T I S D I E B V S Q V A D R A G E M I  
Hanc Quadragesimam declaramus incipere, que  
ad abstinentiam huiusmodi, secunda Feria po-  
Quinquagesimam: sic ut feria secunda, & tercia  
ante cineres abstinentia à lacticiniis in omnibus lo-  
cis ab omnibus Fratribus & Prælatis nostris invio-  
labiliter obseruetur. Qui contra fecisse fuerint con-  
uicti, Prælati integrum Psalterium recitent totum  
quoties, ceteri ter ieunent in terra, in pane &  
qua tribus diebus sequentibus.

2. Et ut iuxta Regulam, augeamus aliquid ad se-  
litum pensum seruitutis nostræ: ultra Psalmos Pa-  
nitentiales, & Officium Mortuorum, Disciplina  
qua sit omni tempore Feria sexta, fiat tota Qua-  
dragesima, quartæ & sextæ Feria. In hebdomada  
sancta addatur Feria quinta.

3. Sim

3. Similiter à prima Dominica de Adventu inclu-  
siue, incipimus abstinere à lacticiniis, & secunda  
feria ieiunare, continuando usque ad festum sacra-  
tissime nativitatis Domini.

---

De Fratribus qui longè ab Oratorio laborant,  
aut in via sunt. CAP. L.

Fratres qui omnino longè sunt in labore,  
& non possunt occurrere hora competenti ad Oratorium, & Abbas hoc perpen-  
dit, quia ita est, agant ibidem opus Dei, ubi  
operantur, cum tremore Diuino flectentes  
genua. Similiter qui in itinere directi sunt  
non eos prætereant horæ constitutæ, sed ut  
possunt agant sibi, ut seruitutis pensum non  
negligant reddere.

I. (FLECTENTES GENVA.) Intelligimus, quando dicitur Pater noster & Collecta, temporibus quibus est ordinatum ab Ecclesia quod tunc dicentes Officium genuflectant.

---

De fratribus, qui non satis longè proficiuntur CAP. LI.

Fratres qui pro quo quis responso proficiuntur, & ea die sperant reuerti ad Monasterium, non presumant foris manducare, etiam si à quo quis rogentur: nisi forte eis ab Abbe suo præcipiatur. Quod si aliter fecerint, excommunicentur.

---

H I. Non